

N. 14. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Magnos non nisi magna decent. Haud minus saepe, ut absolutissimum omnibus numeris opus exprimamus, de artifice apprimè perito tolemus dicere: *Ille fecit.* Similiter, *Aureo, ut solet, ore locutus, Dialecticus Aristotelica, Phrasia Platonis.* Unde discipuli Pythagoræ, ut scribit Erasmus Libell. de *Lingua*, dicebant, ut summa protolleretur doctrina; *Ille dixit, ille docuit.* Ita igitur in Sacris David *Psalm.* 39. & 99. designare intendens mirificam Conditoris manum, profert: *Multa fecisti tu Domine mirabilia tua. Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Opus enim adeo excellens non à nobis, legitur formavit Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animum viventem. In ipso vivimus, movemur, & sumus: siquidem ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Ezech. Elati plures Ethnicorum fastu felicitatis (quàm multi ex Romanis Imperatoribus!) seipfos ignorabant, à se desciscabant, dicentes cum Pharaone Ezech. 29. v. 3. *Ego feci memetipsum.* Quam insaniam tanquam vestimentum, cum plurimis alijs cæcæ fortis abortivis, Alexander, ambitione Magnus, impense induit, sibi supremam dignitatem atrogans, & divinos delatos honores ultrò amplectens, quoad in Tyri obsidione: accepto vulnere, conspectoque effusè promanante sanguine; qui divinitatem Iovis filius somniavit, hominem se esse meminit, & factum, superciliumque incunctanter remisit: quò spectat illud *Psalmographi Regij Psalm.* 88. 11. *Humiliasti sicut vulneratum, superbum, & Psalm.* 9. v. 21. *Scietis Gentes, quoniam homines sunt.*

26 Præterea. *Opus suum.* *Suum*, quippe non ab Archangelis factum, sicut multo diabolica facis pleni somniarunt vigilæ Hæterodoxi Archontiaci, & alij nefandi homines, videndi apud Ifidorum ubi supr. Alphonsum à Castro *Advers. Hæres.* lib. 10. verò *Atundus, Hæres.* 3. Fusè explicabimus etiam Alphonsum à Castro *Advers. Hæres.* lib. 12. *Suum* proprie dicitur; non tantum quia cuncta à Deo, tanquam a primo Principio, sed quia ipse per se fecit. Minime quia creatura aliqua (cui ab æterno hypothatice unita Tertia Sanctissima Trinitatis Persona) fuerit; per quam Spiritus Sanctus fecit & æcula, sicut his novissimis diebus quidam vacuo cerebro, mala pecus, in *Opere Theopolitico*, in figurina Germaniæ ex delirij Novatorum compacto, buccæterreus spumose ac fanaticæ ogganit. Magna enim sunt iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinata animæ erraverunt. Lege igitur Loerensium hic opus erat. Vide illam apud Solorz. *Emb.* 51. n. 15. Paulus igitur *Rom.* 11. v. 36. perstringit utrorumque audaciam, dicens: *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Licet de singulis Trinitatis Personis tria hæc possint dici, nihilominus tamen singula singulis attribuantur. *Ex Patri, Per Filio, In vel Cum Spiritu Sancto.* Ita Gregor. Magn. *lib.* 29. *Moral.* cap. 28. August. *lib.* 1. de *Trinit.* cap. 6. & *lib.* 1. de *Doctrin. Christian.* cap. 5. Anselmus hic, & Bernard. *lib.* 5. de *Consider.* cap. 6. *Ex Patri* tanquam a primo Principio, quoniam omne datum descendit à Patre luminum. *Per Filio Verbo Dei*, quippe omnia per ipsum facta sunt. *In Spiritu Sancto*, qui omnia continet. Verùm hoc latè ad illud cit. *Exod.*

27 *Opus suum.* *Suum*, quia in hoc opere sibi complacuit. Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Quod nihil habetur, *Opus hominum* dicitur. Baruch. 6. v. 50. *Reparati sunt in vestra testea, opus manuum signuli.* Thren. 4. v. 2. *Vana sunt, & opus visu dignum, dixit Ierem.* 10. v. 15. Etenim ut ait David, *Psalm.* 85. v. 8. *Non est secundum opera tua.* Quod verò plurimi fit, possessio Dei dicitur, & hæreditas: ut Montes Dei, Cedri Dei, Angeli Dei. *Psalm.* 94. v. 7. *Nos populus pascuæ eius, & oves manus eius.* & *Psalm.* 110. v. 7. *Opera manuum eius veritas & iudicium.* Idem, quæ diligit Deus: ut idem profert, *Psalm.* 83. v. 12. & Ovidius *lib.* 10. *Metam.* *Fabul.* 8.

*Incerta niveum mira feliciter arte
Sculpsit ebur, formamque dedit,
qua femina nasci,
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.*

28 Subinde. *Opus suum*, q. d. Complevit munus suum. Quo sensu dicitur à D. Thom. *Opus.* 57. & decantatur ab Ecclesia:

*Ad opus suum exiens,
Quasi ministerium implens, ad quod sese ultrò tradidit. Ideo Opus suum, & alienum opus eius ab eo (de quo in Didascalij) quia cum apparuit benignitas & humanitas Salvatoris nostri Dei; non ex operibus iustitia, quæ tecimus nos, sed secundum suam misericordiam, salvos nos fecit. In huiusmodi acceptione dicitur Exod. 20. v. 9. Sex diebus operaberis, & facies opera tua. Qui quidem stylus passim occurrit apud Poetas, & Oratores. Ovidius *lib.* 13. *Metam.* *Fabul.* 1.*

Duri fugientem munera belli,

Tit.

Opus suum, id est, munus suum. D. Thom. *Isai.* 28. 27.

Exod.

Quid.

Tit. Livius *lib.* 4. de *Bell. Punic.* *Omnia Regis munia (ait) & opera exequitur.* & demum Corn. Tacitus *lib.* 15. *Ann. cap.* 52. *Vitasse Pisonem crediderunt, ne delecto Imperatore alio, sui muneris Republicam faceret.* Unde *Factor operis* dicitur à Iacobo, qui implet munus, sicut qui non implet, *Auditor verbi* & non *factor*: quia obligationem cognoscens, & opus refugiens (sicut hic observavit Lorinus, & v. 23.) renuit auditor obliviosus factus, sed præcepti perargentis non oblitus. Hoc queritur Deus de filijs Israël, dicens: *Frustra conflatit conflatorem.* Q. d. In cassum leges latæ, & de cælo decretæ. Multum quidem fudatum, sed nihil factum. In vanuū laboravimus sustententes siquidem malitia illorū declinantium in obligationes, non sunt consumptæ. Quapropter, ut monet N. Greg. Magn. *lib.* 4. *Moral.* cap. 56. omnibus, dicitur: *Age, quod agis: operare, quod operaris:* id est, ministerium tuum imple, & adimple: ita ut facias opere, quod scis faciendum, & dicaris *Factor operis*; quin consideres duntaxat in speculo legis vultum nativitatis.

29 Denique. *Complevit opus suum*, id est hominem. Ita arbitror: tum quia desijt in homine, quasi scribens: *Non plus ultra.* Tum quia cuncta fecit, propter quem facta. De homine & universali officio accipit Lorinus hic illud David: *Omnis consummationis vidi finem:* quasi indicans hominem; qui dignitate & excellentia, consummationis finis & perfectio est, ut potè Dei opus speciale, mirificum, & totius Cosmopæiæ rationale complementum, ut observat Ambrosius *lib.* de *Noe & Arca*, cap. 4. Succinitque Ovidius *lib.* 1. *Metam. Fab.* 2.

*Sanctius his animal, mentisque capacius alta
Deerat ab hac, & quod dominari in cætera possit,
Natus homo est.*

Perfectio & finis perfectiois hominis Deus est. *Ipsius enim sumus, quia ipse fecit nos:* ut legit Cald. Ver. *Psalm.* 99. 3. Cæterum homo est omnium consummationum perfectio; igitur iuxta aliquid omnis creatura est homo: omnis quidè perfectiois perspicue videtur finis, ubi oculis exponitur creatura rationalis. Hæc sanè possessio dilecta officis Macrocosmi cum filijs hominum esse, eius prædicantur delicia. Unde formato homine cunctorum sine, quem studiosè Conditor ornaverat; opus suum dicitur complevisse, quod fecerat.

30 Varietas lectionum in Exposit. Literæ. *Complevit Deus, &c. Septuag. Complevit. Pagninus, Perfectit. Olearter, Finivit. Chald. Delictatus est Deus opere suo. Bibl. Antiq. Qui vivit ab omni opere suo. Vatabl. Finem imposuit. Tertulian. Requievit. Hieronym. Respiravit. Alij denique Cessavit.* Modò impensè contemplanda, quæ ad nostram doctrinam certocertius scripta.

ADINATON EXGETICUM.

Epilogus

- 1 **O**pus completum. Cæterum amori minime consummatum.
- 2 *Opus suum*: proprium, quia peregrinum.
- 3 *Opus suum*: perfectè, quippe rationalis creatura.
- 4 *Opus suum*. Ex se factum, & potius per se perfectum.
- 5 *Opus suum*. Si non suum, quale opus?
- 6 *Opus suum*: id est, hominem. Et quievit?
- 7 *Qui evit*, habens cui peccata dimitteret.

- 8. *Die septimo.* Laborans propter hominem quiescit.
- 9 *Opus quod fecit:* & quod aliquando reformando perficeret.
- 10 *Complevit, quod fecerat:* quia ampliora in posterum reservabat.
- 11 *Fecit:* postquam perficitur homo. Suspecta saepe formatio ex nihilo.
- 12 Faciendo operose requisivit; quoniam desijt opus in virginis formatione.

DIDASCALIA PRIMA.

Amor modum nescit.

Chryso.

1 **E**xclamavit loquens ad cor igneo stylo S. Petrus Chryologus *Serm.* 147. & Ovidius *Heroid. Epist. ultim.* v. 17.

Ovid.

Non est rationis amor.
Est modus in rebus: sed amor proterit, rumpit, abdicat; ut nec leviter tot obicibus cæspiter. Aliger est. Incidit in obitaculum, offendens modum. Contra Nemesium pro obsequio *Tom. I. Taut.*

stat amoris studium. Latius patet, si iugum excutit. Respicit in propriam potentiam, haud in rationis mensuram.

Errat, qui finem sinceri quarit amoris, Verus amor nullum novit habere modum. Ita Propertius *lib.* 2. *Elg.* 15. Ecce veri amoris nobillorem noticiam: etenim insigne peccatoris est calcare mensuram. Dilectionis ignis

Tit. Liv.
Corn.
Tacit.
Iacob 1.
25.
Ibid.
Ierem.
6. 79.
Gregor.
Magn.

Opus suum id est, homo.
Psalm. 118
96.
Ambr.

Ovid.

Cald.
Psalm. 99.
3.

Varietas
Lectio.

Prop.

Amor insar ignis
& navita
men.

mensura comite quiete; verum emoritur otiosus ignis. Instar navis verus amor. Continuo movetur: quippe defecit a vita, dummodo vacat a flamma. Modus est quasi finis dilectionis, & mensura tanquam extrema linea charitatis: perperam ergo animum amplioris peccatis, extremam exhibebit dilectionem; cui nec nomen finis, ut præclare operetur, venit in mentem. Facit, perficit, completur, venit per scientiam & potentiam, quicquid & quomodo res, opus & articulus exigunt: verum enim verò absolute facta ab an ore perficiuntur. Paradoxum olet. Minime. Scientia finem habet, Amor nefcit. Adhuc ab an ore consummandum, quod scientia arbitratur summè completum: siquidem verus amor ignorat modum.

Genes 2. 2.

Isai. 23. 2. 7. Ibid. Opera amoris peregrina.

Rupert.

Dan. 7. 2.

Ovid.

Tempus amoris la pilydus

Amor volando si nus.

ten pus? Tempus (ait Aristoteles lib. 4. Physic.) est numerus motus secundum prius & posterius. Prius, & posterius in amore: Absit. Virga Aaronis instar, ignis in pectore subito erumpit in folia, in flores, in fructus. *Germine virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amigdulas deformati sunt.* Patet signum præstantissimi amoris, igitur ut impatiens, omnia concludit, est opposita, simul. Haud alio intuitu Sol apud Antiquos triplici facie cultus, & sculptus, ut patet ex Vincentio Chartario in *Imag. Apoll.* Gregorius Gyrard. vide *synagog. 7. & Nat. Comit. in Mytholog. lib. 4. cap. 10.* Solis ista imago est veri amoris ingenium: igitur comprehendit præteritum, præteritum & futurum. Amor vero divinus, qui est prius & novissimus, non habet prius & posterius. Haud mensuratur tempore, cuius est esse cum æternitate.

Achuc invalida contentio temporis & amoris. *Mensura dicitur tempus.* Qua lege æquanti pectori adæquabitur mensura tanta quarta, ubi ab illo profundatur vel longissima: Quomodo mensuram accipiet, qui modum nefcit? Mensura amoris est amor. Ipse principium & finis: & ut aperte amoris conditionem ac naturam proferam; mensura est, non habere mensuram.

3 Verim dices: Expressio summi amoris & temporis signatur una. *Sciens Iesus* (ait Ioannes) *quia venit hora eius, cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Sanè. Tempus & amor militant. Illud suaviter, ille fortiter. Habent sua castra: attamen confertis signis, minimè pro amore victoria crepera: igitur spontè cedunt amori quæque pectora invite cedebant tempori. Pius enim tempus gloriabatur, quasi omnibus deditis sub pedibus eius, illo cum illis percuteret; ceterum ut alia subderet, ingeniosè superflite. Omnia metiebatur, & illud nequam omnia; quia alis inemptanter præcurebat: & modò cum amore tempus studiosè signator; ut tempus vincens ab amore vinceretur. *Venit hora.* Hora, iuxta horologium amoris, sæcula verò iuxta dimensionem temporis. *Hora*, in nocte qua tradebatur: sæcula, antequam hanc noctem nancisceretur. *Hora*, præ amoris magnitudine: Videbantur etiam anni dies pauci. Sæcula, quia tempus, vel volans in transcurso claudicabat.

4 *Fiant luminaria* (dixit Deus) *in firmamento cæli & arcidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies & anni: ut luceant.* Specimina cæli pectoris Allectoris N. in homines flammis charitatis æstantis, rutilant vivide in Sole, Luna, & Stellis. Signa

Arist.

Symboli eius virga Aaron. Numer. 17. 8.

Sol tripli ci facie. Vinc. Chart. Gyrard. Naq. Comit.

Tempus non est mensura perfecti amoris.

Ioan. 13. 2.

Pugna amoris & temporis.

Genes 14. 15.

Hebr. 9. 16.

& tempora amoris sunt; quia noctem & diem amantis mirifice indicant. *Perpendas. In dies & annos.* Ubi hora? Ubi menses? Et strictè, ubi momenta? In dilectione mysteriosa signa. Nox amantis vota sunt, spes; & studia exhibendi iugo temporis inceptati obsequij. Dies verò plenitudo temporis, & quæ optanti conceditur iucunda possessio: & ut luceat præclara fides in firmamento cordis, ita commutantur affectus amantis; ut si in nocte desiderij videntur momenta dies, & menses anni; in die fruitionis menses hora, & anni curricula indicuntur momenta. Ideo tempus claudu & penitum colebatur ab Antiquis. Vide Martianum Capell. de *Saturno*, & Vinc. Chartar. de *Imagin. Etern.* fol. 25. Apertè quidem: in desiderijs claudicat, in fruitionis possessione volat. Mensura tempus obsequiorum creditur, siquidem fidem metitur: attamen coram amore modò exponitur, ut vincatur: ut amorem dimensionem præferat; sed quasi immensus amor horam eius, ut transeat. Hispanà dialecto: *Ostentase el tiempo, que sempre mide las finezas de amor, no para medarle: le expressa el Evangelio, para pasarle.*

Mart. Cap. Vinc. Charta. Amor tempus respicit, ut transeat.

Lucas 22. 20.

Testamentum sine ultima voluntate sanè novum.

Hebr. 9. 16.

est, intercedat testatoris. Hæc est igitur novitas testamenti. Testatus est amor, qui vivit in morte. Sine morte irritum testamentum: quapropter hocce testamentum verè novum. Excessum amoris sapit. Valet, dum vivit. Denique *Novum Testamentum.* Lex præcibit testatoris finem, dum amor in testamento amplificat dilectionem. Non clauditur legibus, qui foret defectudinibus. Amor testatur: ceterum non sepelitur: meritoque testamentum dicitur, & effertur singulariter novum; quia huiusmodi testamentum tot retrò sæculis, ac hucusque non vilius.

Amoris Testamentum valet, dum vivit.

6 Istiusfidei ingenium, est per umbram, vivide prætulit Arca mirabilis Testamenti. *Testamenti Arca* dicitur, quia ibi primoris dilectionis insigne studiosè servabatur. *Facies* (dicitur Moysi) *quatuor circulos aureos, quos ponet per quatuor arca angulos.* Nobilis quidem structura: igitur testamentum in Arca comprehendit tempora, Annuum tempora sequitur, quia in illo finis haud facile designatur. Expressio firmissima dilectionis coruscet semper in mutatione temporis: unde probati amoris hieroglyphica sunt circuli, quibus lumina cæcutiant versus finem; quippequam in amoris testamento nequeunt ultimam invenire voluntatem.

Exod. 25. 12. Singulare quid est, finis amoris sine fine.

Circulus tessera est & temporis, & immortalitatis, ut astruit Pterius Valerianus *Hieroglyph. Egypt.* lib. 14. cap. 4. Unde Otho Vanus *Emblem. 1. Amor.* ut vidimus in *Exposit. Liter. num. 5.* de Amore intra anulum cecinit.

Pier. Valer. Amor in tra anulo sibi ser pentem.

Nulla dies, tempus potest dissolvere amorem, Neve est perpetuus, sit nisi verus amor.

Otho Van.

Annulus hic, anguisque tibi curvatus in orbè, Temporis æterni signa venusta notant. *Temporis æterni.* Haudquaquam vocibus dilectionem implicat, sed testamenti novitatem illustri antithesi apposite explicat: igitur pectori erga mortales flagranti, inharebit singulare summum; cogitare in illos ita singulare obsequium, ut quæ facta in tempore, tanquam testamenti novi perseverent sine fine. Ideo *Novi & æterni* sine contradictione dicitur ab Ecclesia. Fides omnino præclara! Nonne erit novum, quod in tempore æternum? Plaudatur & iure in annulo charitatis, in circulo dilectionis, in testamento fervidi pectoris *Æterni & Tempus*: quippequam tempus, regnante vero amore; non erit amplius.

Quo pacto tempus æternum?

Quid Testamentum æterni & Novum?

7 Hoc etiam intuitu eisdem, ac Arca Testamenti, ornatur circulis aureis akare Thymiamatis. *Duos annulos aureos sub corona per singula latera.* Corona super sphaerula eminet, & amor in circulis inclusus gloriose prominet: igitur exquisitus in anulo à

Exod. 30. 4.

Amor al tra tem-
pui.

circumfcriptione temporis; irrequietus transvolavit in sphaeram aeternitatis. Aliquid novum factum, ubi apparuit amoris singulare testamentum: quoniam per excessum nansciscens optatam & optabilem coronam; volavit in sphaera temporis extra, citra, & ultra sphaeram. Circulus altaris asidetur sub corona, dum insignis amor iacet sub hasta. Circulus sine fine circumficitur; & altè, ac studiosè altare insigni corona veniatur: quippe in altari amoris (cui circulus sine fine fulget corona) si cor ardet sine fine; iugiter adoleatur ut thymiama.

Tempus cù amore claudum. Vinc. Chart. Oth. Vana. Orozz.

8 Tempus & amor (nescio, an quia inimici) alati & claudi apud Mythologos pro utriusque varijs effectibus ingeniosè obumbrantur. Ad Vincentium Chart. de *Imagin. Deor.* ubi *supr. num. 3.* Othon. Vanium *Emblem. Amor. 83.* & Ioann. Orozzium *lib. 2. Emblem. 40.* Ipsdem coloribus pingitur amor, & tempus, sed videtur amor pictus: perlungue igitur hoc tempore vanitatis obsequitur negotiatio necessitudinis, cultu & lautitia repoliti, & repumicati amoris. Discrimen erat in eo, quòd talaria præ claudicatione, pedibus aptaverat tempus; & amor volabat fixus, vel exsistens catenatus.

Huiusmodi contubernium nunquam deveniatur amorem, sed extollit dilectionis maiestatem: igitur amori decorum, quantumlibet volet tempus, ut ille penitenter perseveret immortis, & vincat sublimi constantia & industria spatia temporis, quæ occupaverat talaria. Transfeat tempus, sicut tempore losue: verum non moveatur Sol. Sol stabat, & tempus ibat. Moveatur atas volatilis, sed vinciat Sol in pennis. Transfeat tempus, at Sol dilectionis fixus: etenim maiestatis eius gloriosum, ac sine termino insigne; quòd in celo pectoris luminare maius præsit, dum tempus transit. Habet amor, ut transeat horam, fingens ampliore sphaeram: temporis igitur amantem comitatur usque ad mortem, verum amor ultra finem.

Psal. 118. 96. Comparatio sine nota comparationis.

9 Modò claret testimonium celebre Sacri Psalmographi, quod quidem hyperbato cerebrum oculatorum multoties presit. *Omnis* (inquit) *consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.* Sine nota comparationis conferentia est: ut illud *Psal. 142. v. 2.* *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui.* Idei, sicut sunt montes in circuitu Sion, ita Dominus est in circuitu populi Israël. & *Psal. 143. v. 15.* *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Q. d. Beatior, vel verè, ac magis beatus. Quapropter sensus præfati testimonij similiter erit: *Omnis con-*

summationis vidi finem, sed mandatum tuum latum nimis. Ex contrapositione grave oritur argumentum, quèd ultra finem præter mandatum. Si mandatum metum transgredieretur & non erit in fine finis, ac non videbitur, & videbitur consummatio consummationis. Si autem in fine quicquid factum, videtur completum; non erit ultra mandatum: quomodo ergo dum mandatum latè protrahitur, finis à Propheta in consummatione videtur? Hoc mandatum est mandatum amoris, & mandatum novum est. *Mandatum novum do vobis* (ait Christus Dominus) *ut diligatis invicem.* Mandatum hoc est præcellens dilectionis, & eximie charitatis: & perperam videbit finem, quæ in consummatione non habet consummationem.

Non est amoris perfectio, ubi datur operis copia, matio.

Ioan. 11. 34.

Quod tempore meta, amoris via.

Quod tempore meta, amoris via.

10 Finis in consummatione signatur temporis, quasi terminus charitatis: & quod tempore meta, est insigni charitati currenda via: igitur non videndo finem consummationis, latè patet ultra finem temporis. Invalidis viribus in amorem tempus militat, ubi ampliore iurisdictionem erga humana pectora iacet. Mandatum quodlibet mancipatur vinculis temporis: at mandatum amoris latum & nimis; quoniam quocunque tempore veyetur, tanquam *maximum quod non*; amor offertur, quasi *minimum quod sic.* Ideo dicitur: *Mandatum novum.* Vetus ergo usque ad mortem, quæ est consummationis finis: novum autem ultra finem, & consummationem temporis. *Mandatum novum, ut diligatis.* Diligere ne novum, cum à Ioanne *Epist. 1. cap. 2. v. 7.* describatur tanquam mandatum antiquum? Utiq;e, *Sicut dilexi vos*, mandatum & novum est. Mandatum erat pro tempore: nunc mandatum & novum, quia sine fine. Pro tempore, quippe hucusque usque ad portas mortis, verum modò regni eius non erit finis. Studium vehemens, præclara dilectio, obsequiumque nova sunt. Ita apponit, *Sicut dilexi vos*: igitur ubi definit tempus, amor uti ingeniosus cogitat amplius.

Columnæ Herculis. Mar. Sancti.

11 Gloriosum isthvis flammæ propositum delicabit stemma ubivis nobilissimum. Hercules enim, ut notat Mariana *Histor. Hispan. lib. 1. cap. 8.* & Alphonsus Sanctius *lib. 1. Epitomes Hist. Hisp. cap. 8.* Iacis profundè ruderibus in Calpe, & Abila montibus Sinus Gaditani; utrinde columnas erexit, quibus cladem Geryonum nobilitavit. Unde feliciter signavit versus Occidentem fines terræ; quasi immensi Oceani fluctibus ultra ventantibus progredi. Iticidè sculpsit in columnis *Non plus ultra.* Sub tempus Caroli V. Imper. expundum fuit à columnis illud *Non.* Quare uti observant Octavius Strada *Tom. 1. Symbol.*

Oraz. Scrad.

Petr. Sancti. Plus in fine adin venit cba rita.

Ioan. 11. 1. Hay. Silver.

Amor nò habet finem in morte.

Exod. 15. 18. Mich. 4. 5.

Opus amoris exponitur per hyperbolen, quasi excedens fide filè.

Ioan. 19. 35. Ibid.

Cæcitas videtur metis sua diè amoris.

Symbol. & Silvester à Petra-Sancta de *Symbol. Heroic. lib. 8. cap. 4.* tessera imperatoris in columnis erat pro nobilitate, *Plus* dum in Herculis honorem lemma præsignabat *Non.* Hoc signat *Symbolum* in N. Affertere dilectionem cordis, magis ac magis Oceano ingratitudeis confagratis; ac excellentiam ignis sacri contra facula temporis. *Cum dilexisset suos* (Christus Dominus) *in finem dilexit eos.* Inquit Ioannes. Alij, *Ultra finem, post finem, sine fine dilexit.* Esto. Verum *finis* ultra? Quid ultra finem? Non est ultra, implicat *finis* & *plus*; cum non invenitur *plus* ultra finem; post quem *Non.* Sane. Terminus non cedit Lovi, sed cedit Amori. Amor Christi, si mensuraretur tempore, *Non plus ultra* inveniret in morte: ceterum amori succumbit mors, & ideo post mortem coruscet *plus.* Haud amor est temporis, modò calidus, modò tepidus, modò frigidus. Erat tunc finis temporis, non amoris; etenim amor sine fine etiam in morte: quàm obrem mensurato ad amum finem temporis sine summe dilectionis, & reducta ad mortis filam vehemens flamma voluntatis; oppidoquam in columnis mortis, pro articulo finis, scribet tempus: *Non plus ultra, non est amplius*; respondente amoris flamma, *Hic est amplius, & plus ultra.*

12 De hac insigni fide, & erga nos mirabili dilectione, arbitror intelligendam Moyse periodum, quoquo latere emphaticam. *Dominus* (inquit post partam victoriam in Mariburo) *regnabit in aeternum & ultra.* Quod enim ut amor amori respondeat, iterat Michæas dicens: *Ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in aeternum & ultra.* Ultra & in aeternum? Si aeternum quomodo ultra? Concipere plus, ubi non est, quia pervenit ad finem; lapit ludentes intellectum fictionem: & hyperbolicè Moyses loquitur, ubi amoris divini ignivomi flamma ostenditur; quoniam ita præclara pectoris fides excedit humanas sublimes cogitationes, ut propter excessum ambigatur & fides: illuc igitur erga hominem amor Redemptoris penetrat, quò vel somnando cogitare nequit.

Pende. *Qui vidit* (ait Ioannes) *testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius: & ille scit, quia vera dicit.* Quorsum Ioannes testimonia inculcat certitudinis? *Ut credatis*: subdit. Non fat, semel dixisse? Videtur. Sed gentibus prædicabitur huiusmodi demonstratio quasi stulticia, Iudæi ipsa obsequia facula, quasi studia amentis, non propositum amantis: igitur Deum, & in cruce mori, pro hominibus & ab hominibus pati, diligere ultra finem, affici dedecore etiam post mortem, caput inclinare pectori, ibi ingratos

custodire, lustrare sanguine, homines obvis brachijs expectare, de perditis condolere, signare vel per vulnera, ossia cordis omnibus pervia, quòd insigne micat nobilissimi amoris; uti novum videbitur studium non cordis, sed cæcitatatis.

13 Ergo in testimonium. *In aeternum & ultra.* Ultra investigare in fine, ubi non est ultra; quia si ultra minimè aeternum, ac si aeternum, non excogitatur ultra, cum huiusmodi duratio interminabilis vita sit tota simul & perfecta possessio; est sine dubio complicatio terminorum: igitur parent durationes aternitatum, sine termino terminabilium; si ultra aeternum excogitatur spatium, ubi locum habeat *ultra*, aternitate præposita. Nullo modo. *Parificatur intelligentia aternitati*, ait D. Thom. 1. p. q. 10. art. 2. ad 2. Appositè. Unde in amoris iurisdictione, & potestatis amplitudine, arte nova, regnum statuitur in aeternum & ultra; quippe extendit pectoris igniti flammam, ultra omnem intelligentiam. Per ly *Aeternum*, aliquid apud Alapide. Hic, intelligunt sentu accomodatitio Angelos, quasi sublimiores intelligentia spiritus: nec abste sentum in amoris latitudine, & crebra demonstratione: igitur in cæna novissima, ostentatio tot mirabilium fuit supra intelligentiam sublimiorem Angelorum.

14 Præterea. Ultra aeternum signatur, cum sphaera non sit ultra. Rarò singularia sine implicationibus, & inaudita exprimuntur nisi impossibilibus. Voces mirabilibus defunt, & miracula, tanquam quid novum, etiam lumina dicunt. Unde dicitur, *Ultra aeternum, ultra finem*, quum pectoris Christi opera ipsa explicant charitatem; quoniam non satis proponuntur studia demonstrationum, nisi propositione exotica impossibilibus.

15 Ceterò. *In aeternum & ultra.* Septuag. Interp. *Et adhuc.* Scilicet *Secundum nostram apprehensionem*: dicit D. Thom. ubi *supr. ad 1.* Amoris mirificos excessus promunt emphaticæ phrasæ. Nunquam infinitudinem indefinitè percipit homo, quapropter quasi limitatum, infinitum apprehendit rationalis cogitatio: & asseritur consultò *In aeternum, ultra, & adhuc*; ut amplius clarescat charitatis plenitudo: siquidem si esset ultra post aeternum; *adhuc* amoris perseveraret studium. Amor aeternus est, sine termino aternitas: verum si aternitas secundum esse aliquo modo terminati potuisset; adhuc amor divinus ultra regnaret. Pudebit sanè tempus inutilis contentionis, dum amor completur terminos interminabilis aternitatis. Dilexit næ Christus in contentionem, ut amor transvolare ultra finem. Ergo succumbat tempus athleta,

Longisuperat omnè intelligentiam humanam.

D. Tho. 1. m. 2. Anglicæ.

Alapide.

Etia impossibilia.

Septuag. Interp. D. Tho.

Ultra aeternum regnat amoris studium.

ta, siquidem amor in aeternum, adhuc ultra.

16 Denique. In aeternum & ultra. Ultra aeternum; quasi aeternum non esset infinitum, Ultra & aeternum. Perquam apte. Haud cogitat homo studium vehemens amoris infinitum sine fine: & ut percipiat sine fine mirabilia demonstrata; profertur ingeniose In aeternum & ultra: igitur transcendit cor pennigerum, & tuans studijs in latitudine pectoris, ultra finem, quem limitata praescripsit cogitatio rationalis. Contentio oppido celebris scientiae divinae & amoris. Cominus accedamus in arenam contentionis, ut clarescat mandatum latum & nimis.

17 De Christo Domino iamiam morti proximo (rumpebantur quidem nexu penarum gladio) dixit qui vidit, & testimonium perhibuit: *Sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur*: Satis. Suffocatur intelligentia dubiorum fluctibus. Consummata, & ut consummaretur: Tricosa periodus. Quomodo consummabitur consummatum? Quomodo perficietur perfectum? Restat adhuc quod vehemens amor operetur cum excessu, in excessu qui restat. Quisnam ergo, cum omnium memoretur consummatio? Patet. Perficit Christus quaecunque spectabant ad rationem, non vero quae pertinebant ad charitatem, Ratio dicebat. *Omnia consummata sunt*: Amor autem, *Quid est hoc?* Amplius desiderat, ut consummaretur. Usque ad finem dilexit. Quid reliquum? Ultra finem. Amor dum non excedit, excidit. Tantum pervenit usque ad terminos rationis, ambiens metae sine fine voluntatis: & opus consummatur, ut consummaretur; siquidem idem fuit contemplari certamen demonstrationum a ratione definitum, ac exponere studium amoris consummandi consummatum.

Clarius ergo. Haud quiescit amor, quo sapientia requiescit. Sapientia dicit, *Sufficit*: amor autem si quod sufficit, facit; illico deficit. Quid deest in fine eximia dilectionis? Totum: igitur eximia dilectio finem non habet. Pervenit ad culmen, *Quia omnia consummata sunt*. Profectio. At excessit: Non. Si adhuc est profectio, non est perfectio. In sapientiae perfectione ultra invenitur, & plus: ulteriora appetit summa dilectio, ut gaudeat ingenij studio: unde quae a sapientia consummata, utrunque amor arbitratur incompleta.

Demum. Exponente enim scientia ultimam perfectionem, (quippe Iesus sciens omnia consummata, signabat finem) charitas desiderio desiderat ultra, & invenit amplius; ut ostendat voluntatem, & consummatur charitas pectoris, vel tormentis consumma-

tis. Non excogitatur plus, quia finis est. Ita sapientia, sciens omnia consummata. Quomodo ergo ut consummaretur, post haec exponitur amor: Quia finis sigillatus a mente, aboleatur ab amore. Post finem finis est. Non omnino consummata sunt: igitur ultra finem, quem sciens praefixit sapientia decreto rationis; transgreditur, adhuc instans, velox flamma voluntatis.

18 Iam ergo non videtur finis in consummatione, siquidem ut luminare terris propius, *In consummatione* amor, aeternus ignis, *mirabiliter crescit*. Aptè mirabiliter dicitur si in consummatione nullo modo consummatur. Mirabiliter crescit. *A summo caelo egressio eius, & occurus eius usque ad summum eius*. Non ab imo usque ad supremum, sed a summo Sol egreditur usque ad summum. Ingenium amoris & Solis non requiescit sine summis. Aliquod extra summum, summum est. Illuc pervenit sapientia, sed amor ultra: siquidem summum, quod conceditur amori, est ultra summum sapientiae: finis etenim sapientis, non est charitatis finis.

Nota modo, Iesus, postquam omnia consummata sunt, dixit: *Consummatum est*. Quid hoc? Sanequam excessit quo sapientia consummata signavit; quibus peractis, libenter decessit. Sit. Verum qua lege? Dicit, qui vidit: *Inclinato capite*. Volupte. Exaltavit proculdubio, quod inclinavit dilectio. In pectus caput inclinat, quo puncto, *Continuo exivit sanguis & aqua*. Continuo. Graphice: etiam cordis punctatione non defecit (& continuo) ab innata cordis generositate. In pectus (thronus amoris) caput (sedes rationis) defecit; dum finem in vite sine per cruciamina subit: etenim dicente sapientia, *In termino non est ultra*; continuo ergo exivit sanguis & aqua: quasi quod rationi, amori non ultimum; ubi thesaurus charismatum adhuc in pectore servabatur in posterum. Iccirco prius profunde dixerat: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam*. Quo ingenio videris hic *Didasc.* 9. n. 7. & *Did.* 10. n. 2.

19 Quasi studens contemplatur Salomon Verbum Divinum, caro factum, pro hominibus crucifixum: (non novum, quippe annunciantur inter gentes studia eius) unde mirans propositum, subtiliter praefert: *Attingit a fine usque ad finem*. Celeberrimum hyperbaton. *A fine usque ad finem?* Inficiatur quod concedit, inculcando quod supponit. Si finis post finem est, non erit finis; siquidem non concipitur in termino magis ac magis. Quo igitur pacto studijs & adventionibus attingit Verbum (Sapientia Parris) a fine usque ad finem; ubi in fine profectio invenietur

Cogitationis terminum, indicat amor transcendit.

Ioanna 19. 28.

Quod rationi consummatum, dilectioni videtur incipit.

Amor excidit, ad non excedit.

Ultra amor diuini progressus, ubi opus a sapientia consummatur.

Eccl. 43. 8.

Psal. 18. 7. Amor a summo usque ad summum.

Ioanna 19. 30.

Ibid.

Ibid. 34. Quod rationi, amori non ultimum.

Ioanna 17. 4.

Sap. 8. 2.

Terminum in voluntate, sunt sine fine.

Ioan. 13. 1.

Modus diligendi Deum, diligere sine modo.

Ovid.

Bern.

Amor sibi sufficit.

terminationem? Proclivè. Inest amanti & terminus voluntatis, & limes peripicacis cognitionis. Cognitionis iuxta praescripta dicitur, *Omnia consummata sunt*. Ni plus agatur; quae consummata, amori nullo modo sunt perfecta. Unde neutiquam ab exordio usque ad terminum pertrahit voluntatem; sed constantia insuperabili rãgit a fine usque ad finem: quoniam amoris studium transivit ex fine praefixo a subelli ratione; usque ad finem voluntatis, quae est sphaera sine fine. Haud alia de causa dicitur ab Evangelista, *Hora eius ut transiret*: non ut moretetur: quippe in morte, ubi videbatur terminus; ultra finem transiretur. *Hora ut transiret*. Hora ut cor totum ignesceat. Plus ultra caelestis flamma, ut in amore cogitetur *Non plus ultra*.

20 O fons divini amoris, de nobis praclare meriti! Cogitationibus non est, qui similis sit tibi. Fecisti mirabilia, exposuisti sapientiae tuae occulta, incomprehensibilia arcana: nec in redemptis redamationis invenisti, vel minimum; cum in puncto corde invenirent nolentes studium maximum. Ecce quomodo moritur iustus, & nemo considerat. Nullus est, qui recogitet corde. Decidunt ergo Domine homines a cogitationibus suis, ut convertantur ad cor. O pectora ferrea! Frigent flammis, & nivibus aetuant. Amor hominum frigidus, cum non sit qui se abscondat a colore eius: Respice homo in faciem Christi tui, ut scias modum diligendi esse, diligere sine modo, tota anima, tota virtute, in toto corde, & ex omnibus viribus tuis, ut respondeas studijs ingeniosae charitatis. Haec volat, dum superedes. Oscitantia summa, si tua interest. Charitas est implgra. Retorqueamus dilectum vestis Sulmon. *lib. 2. Amor. Eleg. 3.*

Ovid. *Levis est, & habet geminas quibus evolet alas: Difficile est illis imposuisse modum.*

DIDASCALIA II.

Fructus Amoris usus eius.

1 Profertur illo inebriatus Mellissus Doctor *Serm. 83. in Cantio*. Praeter se nec requirit causam, nec fructum: si quidem sibi est & meritum & praemium. Sibi sufficit ut sapiens, & ultra se bonorum non indiget. Causa amoris dicitur motivum, vel impulsivum, quo, vel quod trahit voluntatem ad usum & praxim; quae plerumque dicitur finis qui, aut ratio qua, vel qua, de quo Philosophi. Ab omnibus his verus amor defecit, quia sibi propter se placet.

Verus Amans recto nunquam de tramite flectit. Verus Amor surdis auribus esse solet. Omnia dat ventis, & nubibus: exultat omnis Provisus ab illius pectore suspicio.

Ut ex Ovidio ait Otho Vanius *Emblem. 34. Amor*. Amor cum causa languet. Iacet paralyticus, & male torquetur: igitur caecus, & imbecillus, nec habet medicum, nec nosocomium. Ex causa oritur accessio febris: ex febre, furiosa phrenitis: & eò magis symptoma periculolum, quò voluntarium delirium. Extra si quaritur cor, iure indigitur infans & extra se. Causa est causa, plus quam tantia. Minus quò ducitur, si ab alio ducitur, videtur unde necesse est, quod in pectoris labyrintho capitanter aberrat. Insuper substantiam, non accidentis amoris conditio sit. Imperfectus hercule, si non subsistit per se. Erat sic summus accidentalis flamma, quae inquitur, & excutitur, quasi pendens ex acicula. Vigilanter Hispanice: *Serà el mas fino una llama accidental, que se prende, y desprende con un alfiler*. Rutilabit & praclare constante fomite, ted non inconcussa fide. Idem qui *supr. Emblem. 117. Quantum finis eris, tantum quoque flamma manebit.*

Deficiente etiam fomite, flamma perit. Affectus huiusmodi amor temporarius est, vel negotio dilectionis specie. At expectare ab amore mundi alia degenera, est sollicitare scienter cadere causa. Amor Dei altiora petit. Amor eius amor astringit verè, quia fructus eius usus eius, ut magis ametur amor. Ad suum recurrit principium, ut obtineat fructum: suoque fonti fluminis impetus refluxus sese lætificat; quia semper ex se sumit unde iugiter manat. Patet. Vel amori respondetur, vel non. Si dilectus, quam diligens requirit, dilectionis vicem non rependit; fructus erit amoris usus eius, igitur non habet fructum. Si respondet amori, diligens habet intentum; etenim usus eius fructus eius: quippe intuens missum in terram cordium caelestem ignem; haud alium fructum amor habebit praeter amorem.

2 Complevit Deus opus suum, quod fecerat: dicit Moyses. Si opus suum, fecerat sanè. Si fecerat, laum absidubè: ad quid igitur in opere, & machina universi additur *Suum*, & quòd fecerat? Ut amor eius plus corruerit sine causa. Quòd fecerat, complevit: & complevit, quia pro libito fecerat: meritoque dicitur *Opus suum*; quia sine fine extra se, tantam machinam, & ita venustam facere; est opus profectio amoris operationis divina. Si hoc opus est homo, ut notavimus in *Expositio. Liter. num. 29.* quia finis operis; in eum amor amplius claret: siquidem ut habes, *Iesus cum*

Ovid.

Orth. Van.

Amor aeger causa.

Haud alii eius momenti in spegra accidentalis.

Orth. Van.

Fructus amoris amor.

Genes. 2.

Ioan. 1. Finis, origo dilectionis, dilectio.

Ibida

Isai. 28. 21. Proprii amoris celestis, diligere sine fine.

Ioan. 19. 30. Matth. 27. 36.

Amoris causa potissima nulla causa.

Ioan. 18. 28.

Mald.

cum dilexisset, dilexit. Ecce causam: verum istiusmodi causa non micat extra sphaeram voluntatis: amor enim origo, finisque pragmatior amoris. Studium profectò, non causa amoris dignoscitur, quòd finis amoris in àno re collocetur. Dilexit hucufque opus suum, ut diligeret; & modò eodem amore cum dilexisset, dilexit.

In finem: subdit Evangelista. Alapide hic, Propter se. Appositè. Propter se non habet finem. Est utique rota in medio rota: in se involvitur, revertitur. Ad mare, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. Amat, quia amat: amat, ut amet. Diligit sic, quippe haud alium respicit finem præter se. Nihil in amore exquirat præter amorem: non diligit, nisi propter propriam charitatem. Opus hoc illi proprium, quia opus tale peregrinum.

Præcingit se Dominus Iesus, Aferitor N. Ut faciat opus suum. At inquit Evangelicus Vates, Alienum opus eius ab eo. Quæ videtur verborum implicatio, est studiosa lummæ dilectionis expressio. Alienum utique in vulgari, seu humano amore carere privato sine, ac diligere sine utilitate: & in ostentationem tot mirabilem, tot operum; opus suum aptè dicitur, & alienum; quoniam quod alienum & peregrinum humano peccatori, proprium est maiestatis dilectionis divinæ: dirigitur quidè voluntas in optatam dilectionem, propter solam voluntatem.

3. Causa Christo philanthropo citò ab actoribus (Scribis amulis, iudicibus venenatis quasi argolica calumnia, qua miraculis profecleribus implebantur folia) rabulis declamata, conficitur: ceterum caput Christi à crucis titulo dum expirat, amovetur. Inclinato capite tradidit spiritum. Non novum. Imposuerunt (ait Matthæus) super caput eius causam ipsius scriptam. Amoveat ergo caput indicans sapientiam; siquidem amor sciebat, quòd non haberet ad homines ullam causam. Neutiquam tot sententia, litisque mythe-riavi pede percurrantur. Observa. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super cruce. Hæccine causa. Ita: sed immemor sui scripsit: dixerat enim, Ego nullam invenio in eo causam. Si causa non est, quam perfigitur fastigio crucis? Causa amoris: siquidem causa, quæ vivide exprimit charitatem eximiam; est non habere in demonstratione causam.

Non causa, causa est: igitur ut aserit nostro proposito Maldonatus in Ioan. 3. v. 16. n. 64. ita causa fuit, Ut nulla conciliandi amoris causa esse videretur: Si non videtur causa, quæ causa scripta? Amicitia iam pridem fracta, nulla, nisi divina, reparabilis arte, restitui-

tur à Christo perfectioni: & causa astruitur, ubi causa cadit; quia inde flamma amoris perfectè lucet. Eò quòd causa nulla, erat potissima causa: igitur quæ non videbatur causa conciliandi amoris, fuit erga homines, etiam ingratos stimulus charitatis.

4. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Quid est diligere sic? Ut filium suum unigenitum daret? Ut daret, non ut iudicaret mundum, sed ut mundus salvaretur per ipsum? Ut coruscaret flamma insignis charitatis, cum filij penæ, filij gehenna adhuc peccatores essemus? Ut amplius floretet effuso sanguine, absente, imò exule redemptione? Ut pro illis profunderet sanguinem, à quibus patiebatur & cruce? Hæc omnia & plura. Aliquid singulare videbimus hic Didasc. 4. n. 4. & seqq.

Sic emphaticum est, quasi ad expressionem tanti amoris verba deficerent, & animæ hæsitantes in ipsorum perceptionem permanent. Diligere, dilectio dependente necessitudinis vicem; quia fovet, debilitat dilectionem: siquidem licet amoris datur causa, & lucet finis. Diligere quos habet amor, & cognoscit insectos, dilectionis inimicos, sibijpsis & alijs nocuos: quia sine causa, sine fine, sine meritis, apex est sublimioris amoris. Sic diligere, est diligere propter usum, amorem; ac exquirere, ubi non est ultra, celsitudinem. Si ita diligendo in amore non excogitatur plus; Deus sine fine, & sine causa homines dilexit sic.

Diligam eos spontaneè, dixit per Oream. Spontaneè, quia non iurè. Spontaneè, quia licet de illis prolixè, & egregie meritis, non ab ipsis, sed amoris stimulus provocatus. Spontaneè, id est, gratis, vel gratuitè: igitur, ni oculi eius amore clauderentur, ne viderent mala; non amorem crimina conciliarent sed odia. Spontaneè. O pelagus amoris, & fons liberalitatis! Induis animum nobilitate regum; & despicias, ut par est, mortalium rusticè incultus. Factus es niger in cruce, è venis manante sanguine: ceterum fons dilectionis in aquas beneficas & plurimas studiosè redundavit. Spontaneè. Tria cum Bernardo pendente Serm. de Passio. Opus, scilicet, modum, & causam. Modum vidimus Didasc. antecèd. opus videbimus Didasc. 4. causam modò, in modo amor admirabilis, in opere singularis, in causa inestimabilis: Infit faxo Apis argumentosa. Quare inestimabilis in causa? Illa prorsus estimabilis in dilectione. Utique: sed homines nequaquam tunc diligeret spontaneè: & ultrò exposit nimiam hominibus charitatem; quoniam sine causa charitas ultra omnem estimationem.

Attentè cogita Principum Pharisæorum, Iu-

Inde la-

Ioan. 3. 16. Quid est diligere sic?

Sic em-

Dilectio-

Ole. 14. 5. Spontaneè, id est, gratis.

Bern. Opus, modus, & causa amoris.

Amoris magni stemma, diligere gratis.

Matth. 27. 36.

Ioan. 2. 23.

Sic mi-

Octo.

Yeo.

Amor profa-

Alciat.

Lucian.

Ovid.

Opera amoris auduntur, voces videntur.

Iudæorumque Pontificum turpe conatum, & ex adverso præfatis Pilati immutabile propositum. Imposuerunt super caput eius (ait Matthæus) causam ipsius scriptam, Hebræicè, Græcè, & Latine, ut paleferet in omni lingua & populo & natione. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, & dixerunt Pilato: Noli scribere. At ille bili commotus, & conscientia percitus analyticè respondit: Quod scripsi, scripsi. Vel invita Minerva Pilatus profert claritatem amoris, ratam sententia etiam iniquissimi iudicis. Causam nullam agnovit, & ex hoc construxit causam; quam super caput iussit imponere scriptam. Diligere sic, magni haberet ab amore; & causam, quæ non erat, noluit expungere: quippe à stemmate, in quo pectus flagrans micabat amore hominum; sanè aboleret nobiliorem titulum.

5. Omnia ab amore facta sunt. Unde Otho Vanius ubi supr. Embl. 18.

Omnia defecerunt vinculis elementa solutis:

Calum & terra orbem, cunctaq; servat amor.

Omnia ab amore facta, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Nihil & factum, quia sine amore vel ipsum factum infectum. Plura sunt ab humano amore, & nihil factum; quia factum causa, vel sine. Amor divinus hoc aliquid ex amore humano reputat nihil. Quapropter uti profanus, ligatus, semiambustus, & deplosus fingitur ab amore celesti, dicente, ut discat amare: Si quis est parvulus veniat ad me. Vide Vincent. Chart. de Imagin. Deor. in Vener. Unde Lucianus, ex quo Emblemata 110. conficit Alciatus, ait: Pennato pennatum amore ceterarum finxit amoris Nemesis, arcu arcum ulciscens.

Ut quæ mala fecit, patitur: auidax verò qui prius, Et intrepidus lachrymat, amara ubi sensit tela.

In imum ter sinum conspuit: quam valde mirè, Accendit quis igne ignem, attingit amor amorè. Et Ovidius lib. 3. Amor. Eleg. 8.

Ecce puer Veneris fert, eversamque pharetram, Et fractos arcus, & sine luce facci.

Amor terreus est: claudicat undique. Divinus autem semper stat: sine fulero causa pectus magis firmum; quippe hoc insigne charitatis monumentum.

Voces, quas Ioannes in ecstasim raptus, audierat (videre, sicut primitus poterat: igitur amoris verba sunt demonstrationis officii, quæ excitant eloquentiore lingua peccata illecebræ soporata.) singularem indicant charitatem, ut alliciant humanam cogitationem; quandoquidem apparent sine causa divini amoris studia. Sedenti super thronum

Tom. I. Taut.

concio tota decantabat: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Quod quidem canticum prius vigintiquatuor seniores protulerant, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem. Verum quare? Quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Non absre celebratur amor & pondus. Lancem, qua depressus homo originali crimine, Deus elevavit amore. Instar horologii est amor; igitur pondere levior (vid. Did. 8. n. 7.) ut magis vigeat; appropinquat profectò hora criminum, ut transeat.

Erat homo, antequàm esset, in esse obiectivo: & in omnes extenditur summa dilectio; si quidem ingrati ab initio pranoscuntur, & tamen creantur: dilectionis maxime lucet insigne: benefacere, non solum quos ingratos scit fuisse, sed etiam fore. Creantur, & tanquam apides in fimo amoris foventur. Erat enim nutrix charitas baiula Ephraim; & ex auro, quod ultra donarat, confecerunt sibi Baal. Mutaverunt ergo gloriam suam, cum opes & fortunas accepissent Egyptiorum, in similitudinem vituli comedentis sanum. Prob nefas! In hos vehtur, & non invehtur amor? Sanè, sed non iurè: igitur offerunt damoni, quicquid congræbat Auctori. Solem maculis offendit nubes, quam ipse levavit. In multitudine virtutis tui mentijurati tibi inimici tui. Magna sunt enim iudicia tua Domine, & innarrabilia verba tua: Propter hoc in disciplina tua anima erraverunt. Mira vel audaces compefcent, sed in disciplina tua exacerbantur. Quia castigati, licet non mortificati; sit: sed quia gratijs, & prodigijs allicitur animus? Propter hoc? Summum scelus.

6. Pro digressione satis. Ergo scopo. Propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. In limine offendimus. Creatio ex nihilo est, excludit sanequam esse. Si erant, qua lege creata? Si fuerunt creata, proculdubio non erant. Distortè esse, & non esse coherent; ut creata prædicentur, si iam existerent. Mira prorsus philosophia! Amoris est, & cathedram habet, maxime in ligno crucis, ubi auditur doctrina, etiam magister celestis; ut ait Augustinus Tract. 119. in Ioan. Antequàm esset, diligebat genus humanum, igitur eius delicæ esse, & ludere cum filijs hominum: & adhuc in non esse exprimitur esse, ut clarescat ab amore etiam partum impossibile: quippe homines tunc futuri, iam existebant per voluntatem amoris. Dices merito. Quare? Mirabilior micat causa. Illo tunc (si tunc fas est dicere, illud) non amore quibant promereri

Amor adovitur eia impossibili August.

Z mor.

Apoc. 3. 12. Ibid. cap. 5. 22.

Ibid. c. 4. 11. Hæc est sym-bolum amoris.

Etiam amor flu-des erga ingrates, & futuros.

Ingrata amoris retia, ieritamina. Sap. 7. 11.

Amare propter amorem.

mortales, eum non entis nullatenus sint passionis: & egregie in esse nihil, aut non esse datur esse: ut in amore floret amare propter amorem, eum diligere tunc hominem propter solam voluntatem.

Finis voluntatis amor amoris

Cetero. Si haberent esse; arbitrentur, amorem propter illos operari ad esse sic; & minime propter se: neque dilectionem in homines dilectione duci; sed quia habebant licet, ab illo venustissimum esse. Amor, non qualis, qualis erat, sed eximius, excludens causam, ob cuius presentiam erant, ut diligenter ante existentiam. Prior ille dilexitur praclarum erga se intulerent amorem, in esse sine esse tantum propter charitatem.

Sine spe gratitudinis animi.

Uterius: habitas inest gaudentibus esse, ut responderent tanta dignatione amoris. Rationalis utique creatura gratitudine quit respondere, ac corde affecto, quod debet inestimabili beneficio; & diligit amor ante constitutionem, ubi non est esse, nec possunt constitutiendi respondere beneficio amoris; ut post creationem perciperent illa charitate eximia, dilectos fuisse a Deo absque minima causa. Ante esse dilexit; post esse dilexit cum dilexisset: & profecto ipsis fidei demonstrationibus claret, quod dilexit, non alio ductus in illa dilectione, nisi quia voluit.

Ipsi. 534

Christus dilexit, quia voluit.

7. Quia ipse voluit, ait Evangelicus Vates, oblati est Christus in redemptionem pravaricationum, & pravaricationum. Tot passionem, tot iniurias, tot ludibria, quot cogitaverunt impii, passus est: sed enim passus est, quia voluit pati. Passus est quicquid illi voluerunt, verum quia voluerunt non est passus. Propter nos homines passus est, & propter nostram salutem: ceterum omnia pro hominibus passus est propter amorem. Quia voluit. Causalis est particula Quia: & quia voluit pati, dicit Propheta; quippequam licet videretur ab hominibus invitus, vita nostra in voluntate eius.

Voluntas est causa divini erga nos amoris.

8. Quia voluit. Iam micat causa. Utique: sed in volente, volentis; quoniam volenti non est causa prater causam dilectionis. Quia voluit. Qua lege Propheta pro ratione movente ad dilectionem, ipsam motam, allectam signat & volentem voluntatem? Iudicium fit de hominis cervicosa ingratitude; & fide eximia coruscante in Christi ignivomo pectore. Velle, spectat ad indifferentiam voluntatis motae & pericit ad ducente ratione. Hec est enim voluntatis caeca lumen: & pro ratione & causa proponitur tantum voluit, attinens ad voluntatem; quia non alia causa interfuit, qua se traderet propter hominem morti; nisi quia voluit ultro propter hominem pati.

8. Hoc studium amoris praeconizatur a

Paulo. Commendat (ait) charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum adhuc peccatores essemus: Christus pro nobis mortuus est. Commendat: igitur maiorem charitatem nemmo habet. Perpende, Pro sui maiestatis hieroglyphico: exponitur imago Pellicani, pullos a mortuis vivificantis cruce, cum lemmate: His qui diligunt. Videtis Achillem Pochium in Quaeq. Symbolic. 134. Silvestrum a Petra sancta de Symbol. Hierog. lib. 6. & Philippum Picinellum in Mundo Symbolico. lib. 3. cap. 52. num. 533. qui in rem accipit ita: Pullos illa suos, monstrum mirabile dicitur, Aspera quos serpens morsu necare solet, ab latere incusso atq. inperso sanguine vidit. Dicitur in vitam restituisse suo. Sic his qui diligunt. Nonne illustris facinus? Non. Christus non sic. Sanguinem dedit hithum, & contravenenum, non his qui diligunt, sed his qui oderunt. Ergo praesertim pro omnibus nobis factus; cum adhuc inimici (quia peccatores) essemus.

Altius, opinor, commendat charitas. Christus pro nobis moritur, cum sub iugo diaboli teneretur humana fragilitas. Pondus profecto dilectionis maximum, & adhuc laet admirabile mysterium. Quoniam cum adhuc peccatores essemus. Ecce tessera insignioris charitatis. Si non essemus, esset charitas & magna erga hominem: maxima vero cum essemus, sic Deo commendate charitatem. Verum quare? Obiectum charitatis est bonum: cum essemus peccatores, ex bonis intererat nullum: & eo duntaxat amor ducitur, quo charitas commendatur: igitur si in peccatores exhibuit misericordiam charitatem, causam habet nullam, prater dilectionem. In originem recurrit fons amoris: quia voluit amare, nos dilexit: igitur ille peccatores odit. Quia voluit, dilexit: si peccatores dilexit, amare duntaxat voluit.

9. Hinc stabilitur potentia & cathedra charitatis, ut homines discant etiam ditionem amoris. Vel nomen homines dilectionis ignorant, & student quibus nesciant. Sciens plauditur Assertor N. in lotionem pedum discipulorum. Quo in iactu dicit Petro: Nescis modum. Nescit Petrus inaudita demonstratione reperculsus. Nescit (nisi fallar) quia cognoscit. Haud motivum, vel minimum introspicit, ut Christus pedes discipulorum laveret. Tu mihi lavas pedes: Tu mihi! In humilitatis pelago peribat naufraga ratio. Tu, & mihi! Quis sum ego? Tenerrimus ligni vermiculus, & tipula rationalis. Tu? Quoniam es! Ut excessum demonstrationis exprimeret, etiam admiratio defuit. Caspitar ingenium Petri cogitationis.

10. Ni vellis argumentum summae subtilitatis audire ex cathedra amoris. Actio crucigentium pessima, passio erat crucifixi sanctissima. Adi N. Ioann. Baptistam Larditum Doctorem clarissimum, ingeniosum differentem Tom. 1. in S. Anselm. Tractat. 12. dub. 5. §. 2. Plurimi igitur debet esse, quod ita amor praecinderet opus redemptionis ob lythrurum sanguinis; ut procederet passio mirifica ab actione prorsus scelerata. Ideo dicitur: Ut faciat opus suum, peregrinum opus eius ab eo. Peregrinum, quia ab externo mors illata: Opus eius, quia ab amore sic suscepta; ut faceret diro vulnere occisus, qui priusquam moreretur, a corde vivebat mortuus. Hoc est Charitatis ingenium, quod alibi Paulus exponit, dicens: Supereminet scientiam charitatem, implemten omnem plenitudinem; quoniam Christus (ut dicitur de Alexandro) decidens in lectulum, ubi clavus, tallor, amore figitur; non per doloris, sed per charitatis scientiam, cognovit, quia moreretur. Mortis & amoris commutantur sagitta. Vide Ioachimum Bellacium, Andr. Alciat. Emble. 154.

Rom. 5. 8.

Pellicanus amorem non cognoscitur, si alia causa propter amorem a dilecto cogitatur

Achill. Poch. Petras. Sanct.

Philipp. Picinell.

Amor erga inimicos augustinus

Maxima charitas, ut erga inimicos sit voluntas.

Ioan. 13. 14.

Verb. 7.

Verb. 6.

Rom. 5. 8.

Pellicanus amorem non cognoscitur, si alia causa propter amorem a dilecto cogitatur

Achill. Poch. Petras. Sanct.

Philipp. Picinell.

Amor erga inimicos augustinus

Maxima charitas, ut erga inimicos sit voluntas.

Ioan. 13. 14.

Verb. 7.

Verb. 6.

Idem quod

bus, titubatur verbis. Tu, & mihi! Potius cogitanda, quam loquenda: ne forte quod concipit subtiliter anima, eloquens perturbet interpretatione lingua. Hoc est nescire, vel aliorum sapere? Nescire. Aliqua causa cogitabat Christi peteculandum amorem; ut exhiberet erga homines fidem ita singularem: quam non inveniens expavit, & vox loquendo defecit. Unde Christus vocat Petrum mira cogitatem, omnino nescientem; quia cognoscens nescit eius amorem: igitur Christus ad diligendos homines confecit causam, ex hoc uno tantum, quod non invenit ullam.

Ibid.

Deinde. Quod ego facio, nescitis modum, scitis autem postea. Cur postea? Post ab effectu sapit, quia usum dilectionis vidit. Postea Petrus defecit: & cognovit peripacax, nullam causam defuisse, in tanta charitatis profusione. Didicit per ignorantiam, quicquid nescierat per humanam sapientiam: igitur amor, qui homines peccatores quaesivit; non inveniens causam, causam invenit. Scitis autem postea. Quando? Ex altissima inexcogitabili exhibitione obsequij, firmitudine fidei a Petro poterat expectari; & ille ex semetipso, esse nescientem sapienter didicit: siquidem eximiam Christi dilectionem agnoscens; nec fidem habuit. Petrus nescit, verum Iesus sciens illo in articulo diligit; posteaque Petrus cognoscit. Iam verum Apostolatus caller potissimum sine causa causam amoris, & cordis in insidios libenter eluantis: igitur Petrus temerat fidem, quam nesciens arroganter promissit; & Iesus sciens etiam defecerat, dilexit.

10.

Ni vellis argumentum summae subtilitatis audire ex cathedra amoris. Actio crucigentium pessima, passio erat crucifixi sanctissima. Adi N. Ioann. Baptistam Larditum Doctorem clarissimum, ingeniosum differentem Tom. 1. in S. Anselm. Tractat. 12. dub. 5. §. 2. Plurimi igitur debet esse, quod ita amor praecinderet opus redemptionis ob lythrurum sanguinis; ut procederet passio mirifica ab actione prorsus scelerata. Ideo dicitur: Ut faciat opus suum, peregrinum opus eius ab eo. Peregrinum, quia ab externo mors illata: Opus eius, quia ab amore sic suscepta; ut faceret diro vulnere occisus, qui priusquam moreretur, a corde vivebat mortuus. Hoc est Charitatis ingenium, quod alibi Paulus exponit, dicens: Supereminet scientiam charitatem, implemten omnem plenitudinem; quoniam Christus (ut dicitur de Alexandro) decidens in lectulum, ubi clavus, tallor, amore figitur; non per doloris, sed per charitatis scientiam, cognovit, quia moreretur. Mortis & amoris commutantur sagitta. Vide Ioachimum Bellacium, Andr. Alciat. Emble. 154.

Tom. I. Taut.

& Claud. Minoen hic. Adeo enim utriusque in Christi pectore simulata; ut moribundus sentiret amoris stimulum, cum implacabile interficeret odium. De hoc etiam alibi.

Patet amoris sublimitas. Quilnam exponeret, nisi ingeniosa charitas? Vox huius cantoris fervor est sancti amoris. Ita Angulinius Sermon. 256. Vox est canticum novum. Quod Propheta dicit, Canticum novum, hoc Dominus dicit, Mandatum novum. Quid enim habet canticum novum, nisi amorem novum? Sonet vox in auribus nostris, quia omnino dulcis. Amici auscultant. Quid auditur? Canticum novum, & amorem singulariter novum. Vox est: Amemus, & gratis amemus; quia minimi habetur amor, nisi gratis. Igitur cum Othone Vanio ubi sup. dicam: Errat qui causas eximij quarit amoris.

Augu.

Vox est dulcis amoris, Amemus gra-tis.

Othone Van.

DIDASDALIA III.

Non potest parvo res magna constare.

1. Declamat Cordubensis in indigno statu philautiz, & authovitatis inflatos: Epist. 19. Telas araneae tuerentur; & rumpitur rete ante oculos pennatorum. Gloriantur in malefactis, phantasiae tumo sequentes: quibus optare publico commodo possumus, quod idem Stoiicus ibidem: Utinam quidem senescere contigisset intra natalium modum; nec in aeternum fortuna mississet! Igitur eorum stabilitur solij fastigium in publicum malum. Non potest arbor mala bonos fructus facere. Succidatur arbor, irrationalium cunctorum patrociniun. Ex operibus, quasi ex fructibus cognoscuntur: siquidem studium improbum est maiestatis indigna, in dedicationem deformis statua. Maete figura: non magni fabrica, sed micrologia: dedecus enim potestatis in throno; quia eminent cogitatione sine intellectu: nullatenusque corripitur ad superveniente iniquitate; cum didicerit infans, vel in quiete ludente phantasia, aut etiam illusa, dum ita illa venuste in imagine petransijt, quam pondus metallorum construxit, & supercilium caperatae frontis anxie intendit pateferi? Non posse parvo, uti vulere, tantam machinam constare. In opera vanida frequenter protendunt, quasi hominum artifices; & operum, est placcaut, piget auctores: quippe quantunvis conniveat: sibi ipsis sciunt non hominem eligisse, sed ludicram statuam. At quare? Multi, aut plerique dolebunt. Quid passu, dum sic agentes? Dolebunt de homine super se, tacti dolore cordis

Seneca Vana opera a vana nia

Idem.

Dan. 4. 11.

Idem. 3. 2.

Sap. 5.

Dan. 2. 33.

Phantasmata potentiam quantal

Z 2 in.